



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

XV. Heinrich und Jordan von Kröcher bestimmen, daß das Kloster zum heiligen Geist vor Salzwedel nur Oblaten, aber keinen Wein zu verabreichen verpflichtet sei, am 21. Juni 1340.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55003](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55003)

Soltwedele ecclesiis et altaribus ac claustris, his scriptis videlicet, suo monasterio, nec non fratribus minoribus in soltwedele, fratribus majoribus in Sehufen ac monialibus in Distorpe, Arnse, Creuese, Dambeke, Ysenhagen atque ecclesiis Berge et Holdenstede prope Vlfen, iidem Canonici monasterii S. Spiritus prope Soltwedele vinum et oblatas ad diuina sacramenta de redditibus ad hoc vt premissum est a nobis comparatis in quantum sufficerent ministrarent. Sed quia qui ad vtrumque festinat, vt sepius, neutrum bene peragit, statuimus vt non vinum sed solum oblatas ad loca ministrarent prelibata, precipue quia partis elemofyne comparate magna est quantitas defolata et nos defectura supplere vel residuum partem comparare ad presens non valemus. Cum autem Deo volente pariter et adiuuante, quod in firmo habemus proposito elemofinam perfecimus (perfecerimus?) eandem per nostram emptionem vel alias etiam de bonis ville Wernstede, vbi iam partem prescriptam elemofine comparauimus, ad presatum S. Spiritus monasterium deuolui contigerit; tunc predicti canonici tam vinum quam oblatas ad loca ministrare debebunt memorata, dummodo per ipsorum locorum ministros postuletur et quicumque non postulauerit carere debet. Caueant autem sepefati Canonici, vt nuncios ipsos benigne recipiant et diligenter expediant in predictorum vini et oblatarum datione. Si autem per aliquos casus infortuitos earundem elemofinarum redditus deperirent in parte idem (aut?) in toto, quod absit, tunc ad ampliorem vini et oblatarum iidem Canonici non tenentur, nisi quantum percipient de redditibus memoratis, super quo ipsorum conscientias oneramus. In quorum omnium euidenciam sigilla nostra huic scripto vna cum sigillis ipsorum Canonice sunt appensa. Et nos prepositus et conuentus monasterii prescripti in signum obligationis amministrationis suscepte et fideliter exequende sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Frederkesdorpe, anno domini MCCCXL, die Beati Albani martiris gloriosi.

Aus dem Copiarium des Klosters zum heiligen Geist vor Salzwedel.

XV. Heinrich und Jordan von Kröcher bestimmen, daß das Kloster zum heiligen Geist vor Salzwedel nur Oblaten, aber keinen Wein zu verabreichen verpflichtet sei, am 21. Juni 1340.

Omnibus presencia visuris vel audituris Nos Hinricus, miles, et Jordanus, famulus, fratres, dicti de Crocheren, cupimus fore notum, quod elemofinam vini, quam comparare incepimus, nec perfecimus nec adhuc perficere valemus, cuius amministrationem Canonicis Regularibus Monasterii Sancti Spiritus prope soltwedele commisimus per totam preposituram soltwedelgensis et per claustra infra scripta videlicet Sehufen, soltwedele, Distorpe, Ysenhagen, Arnesse, Creuese, Dambeke et ecclesias Berghe et Holdenstede, vt predicti Canonici presatis locis vinum et oblatas de redditibus a nobis ad hoc inchoatis in quantum sufficerent ad diuina officia ministrarent. Sed quia qui ad vtrumque festinat, vel sepius neutrum bene peragit, statuimus, vt non vinum, sed solum oblatas ministrarent ad loca memorata, precipue quod partis comparate medietas per casus est infortuitos defolata et nos ipsis ad hoc perficiendum subuenire non vale-



mas. In quorum omnium evidenciam sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Frederketorpe, Anno domini M. CCC. Quadragesimo, Die Albani Martiris gloriosi.

Aus dem Copiarium des Klosters zum heiligen Geist vor Salzwedel.

XVI. Markgraf Ludwig vereignet auf Antrag des Bürgers Bordekini zu Kyritz zur Gründung eines Marien-Altars in einer vor dem Wusterhausenschen Thore daselbst zu errichtenden Capelle Gebungen aus Lohme, am 6. Januar 1351.

Nouerint etc. Quod nos Ludouicus etc. ob honorem et reuerentiam dei omnipotentis genitricis sue gloriose virginis marie, vt diuinus cultus augeatur, Nec non ob iugem et perhennem magnificorum principum marchionum brandenburgensium felicis recordacionis, nostre, heredum et successorum nostrorum animarum memoriam, Et ad instantem requisicionem seu instantiam fidelis nostri Bordekini, ciuitatis nostre kyritz ciuis, appropriauimus et appropriare decreuimus altari in honore gloriose virginis marie dedicando in cappella foris ciuitatem nostram pretactam ante uiam wusterhusen de nouo construenda locando quinque frusta annuorum reddituum in villa lome in censu et pactu sita, que quidem frusta idem Bordekinus longis temporibus a nobis libere tenuit et Tria frusta vbicunque ea sua pecunia comparauerit cum singulis et vniuersis suis pretinentiis in antea eidem altari iusto proprietatis titulo ad premissa VIII frusta de iure uel ex debito pertinentibus, perpetuis temporibus sine impedimento quolibet quiete et pacifice pertinenda, Renunciantes solempniter omni Juri, actioni et impeticioni, que nobis, heredibus et successoribus nostris in premissis VIII frustis competebant aut competere poterunt aliqualiter in futurum, Transferentes eiusdem altaris iuspresentandi in plebanum Ciuitatis nostre predicte, qui pro tempore fuerit uel in posterum per nos aut heredes nostros ad eiusdem ciuitatis nostre kyritz ecclesiam parochialem presentatum, sic quod ad ipsam altare quotiens vacauerit personam ydoneam nostro beniuolo poterit presentare hoc adiecto, quod ad ipsum per ipsos plebanos presentati debebunt ipsis obedientiam uelud per altaristas ibidem antiquitus fieri consueuerat cum presentationibus deriuationum sibi facienda facere more solito et consueto. In cuius etc. Testes Lindow, Redern, Bombrecht, Hele et Otto de helbe etc. Datum hauerberg, anno L primo feria quinta, die Epiphanie domini.

Aus dem Magdeburgischen Copialbuche im Besitz des Herausgebers Nr. X.